



3 1761 06739288 6

Coleccao de textos de
direito peninsular

K

C6913

v.1

FACULDADE DE DIREITO
DA
UNIVERSIDADE DE COÍMBRA

COLECCÃO DE TEXTOS

DE

DIREITO PENINSULAR

I

LEIS ROMANAS



COIMBRA
IMPRESA DA UNIVERSIDADE
1912

Summa Juris da Universidade de Coimbra, 26
XI-7/1

FACULDADE DE DIREITO
DA
UNIVERSIDADE DE COÍMBRA


COLECCÃO DE TEXTOS

DE

DIREITO PENINSULAR

I

LEIS ROMANAS



COÍMBRA
IMPRESA DA UNIVERSIDADE
1912



I

Decreto de naturalisação «ex lege Julia»

(664 U. C.)

Tábua de bronze descoberta em 1908, e em 1910 um seu fragmento complementar. Este texto é o primeiro exemplo epigráfico de concessão do *jus civitatis* feita por um general em virtude de delegação do legislador. É também o primeiro exemplo de *lex data* por um general em virtude de uma *lex rogata*.

Cfr. GIRARD, *Textes de droit romain*, 1913, pagg. 61-62.

Cn. Pompeius Sex f. *imperator* virtutis causa equites Hispanos ceives *Romanos fecit in castris* apud Asculum a(n)te diem XIV k(alendas) Dec(embres) ex lege Julia. In consilio fuerunt (*sequem sessenta nomen*). Turma Salluitana... (*sequem trinta nomen de soldados agrupados por países de origem em Bagarenenses, Ilerdenses, etc.*).

Cn. Pompeius Sex f. *imperator* virtutis causa turmam Salluitanam donavit in castris apud Asculum cornuculo et patella, torque, armilla, palereis et frumentum duplex.

II

«Lex coloniae Genetivae Juliae»

(710 U. C.)

Tábuas de bronze descobertas em 1870 e 1874 em Osuna, na Andaluzia, no sitio da antiga Urso, e contendo fragmentos importantes do estatuto municipal desta colónia.

Cfr. GIRARD, *Textes cit.*, pagg. 89-103.

LXI... *Cui quis ita manum injicere jussus erit, iudicati jure manus injectio esto itque ei s(ine) f(raude) s(ua)*

facere liceto. Vindex arbitrato Hvir(i) quive j(ure) d(icundo) p(raerit) locuples esto. Ni vindicem dabit judicatumve faciet secum ducito. Jure civili vincum habeto. Si quis in eo vim faciet, ast ejus vincitur, dupli damnas esto colonisq(ue) ejus colon(iae) HS cclxx¹ d(are) d(amnas) esto, ejusque pecuniae cui volet petitio, Hvir(o) quive j(ure) d(icundo) p(raerit) exactio judicatioque esto.

LXII. Hvir(i) quicumque erunt, iis Hvir(is) in eos singulos lictores binos, accensos sing(ulos), scribas binos, viatores binos, librarium, praeconem, haruspicem, tibicinem habere jus potestaque esto. Quique in ea colonia aedil(es) erunt, iis aedil(ibus) in eos aedil(es) sing(ulos) scribas sing(ulos), publicos cum cincto limo IIII, praeconem, haruspicem, tibicinem habere jus potestaque esto. Ex eo numero, qui ejus coloniae coloni erunt, habeto. Iisque Hvir(is) aedilibusque, dum eum mag(istratum) habebunt, togas praetextas, funalia, cereos habere jus potestaque esto. Quos quisque eorum ita scribas lictores accensos viatorem tibicinem haruspicem praeconem habebit, iis omnibus eo anno, quo anno quisque eorum apparebit, militae vacatio esto, neve quis eum eo anno, quo mag(istratus) apparebit, invitum militem facito neve fieri jubeto neve eum cogito neve jus jurandam adigito neve adigi jubeto neve sacramento rogato neve rogari jubeto, nisi tumultus Italici Gallicive causa. Eisque merces in eos singul(os), qui Hvir(is) apparebunt, tanta esto :

in scribas sing(ulos) HS clx cc, in accensos sing(ulos) HS dcc, in lictores sin(ulos) HS dc, in viatores sing(ulos) HS cccc, in librarios sing(ulos) HS ccc, in haruspices sing(ulos) HS v, praeconi HS ccc,
 qui aedili(bus) appareb(unt) :
 in scribas sing(ulos) HS dccc, in haruspices (sing(ulos)) HS c², in tibicinis sing(ulos) HS ccc, in praeconis sing(ulos) HS ccc. *Itque* iis s(ine) f(raude) s(ua) kapere liceto.

¹ = 20.000 sesteracios.

² Mommsen corrige: D=500, segundo a enumeração precedente.

LXIII. *I*viri, qui primi ad pr. k. Januar. mag(istratum) habebunt, apparitores totidem habent, quot sing(ulis) apparitores ex h(ac) l(ege) habere licet. Iisque apparitorib(us) merces tanta esto, quantam esse oporteret, si partem III anni apparuissent, ut pro portione, quam diu apparuissent, mercedem pro eo kaperent, itque iis s(ine) f(raude) s(ua) c(apere) l(iceto).

LXIII. *I*vir(i) quicumque post colon(iam) deductam erunt, ii in diebus X proxumis, quibus eum mag(istratum) gerere coeperint, at decuriones referunto, cum nom minus duae partes aderint, quos et quot die festos esse et quae sacra fieri publice placeat et quos ea sacra facere placeat. Quot ex eis rebus decurionum major pars, qui tum aderunt, decreverint statuerint, it jus ratumque esto, eaque sacra eique dies fest in ea colon(ia) sunt.

LXV. Quae pecunia poenae nomine ob vectigalia, quae colon(iae) G(enitivae) Jul(iae) erunt, in publicum redacta erit, eam pecunia ne quis erogare neve cui dare neve attribuere potestatem habeto nisi at ea sacra, quae in colon(ia) aliove quo loco colonorum nomine fiant, neve quis aliter eam pecunia s(ine) f(raude) s(ua) kapito, neve quis de ea pecunia ad decuriones referundi neve quis de ea pecunia sententiam dicendi jus potestat(em)que habeto. Eamque pecuniam ad ea sacra, quae in ea colon(ia) aliove quo loco colonorum nomine fient, *I*viri s(ine) f(raude) s(ua) dato attribuito itque ei facere jus potestaq(ue) esto. Eique cui ea pecunia dabitur s(ine) f(raude) s(ua) kapere liceto.

LXVI. Quos pontifices quosque augures G. Caesar, quive jussu ejus colon(iam) deduxerit, facerit ex colon(ia) Genet(iva), ei pontifices eique augures c(oloniae) G(enitivae) I(uliae) sunt, eiq(ue) pontifices auguresque in pontificum augurum collegio in ea colon(ia) sunt, ita uti qui optima lege optumo jure in quaque colon(ia) pontifices augures sunt erunt. Iisque potificibus auguribusque, qui in quoque eorum collegio erunt, liberisque eorum militiae

munerisque publici vacatio sacro sanctius esto, uti pontifici Romano est erit, aeraque militaria ei omnia merita sunt. De auspiciis quaeque ad eas res pertinebunt augurum juris dictio iudicatio esto. Eisque pontifici(bus) auguribusque ludis, quot publice magistratus facient, et cum ei pontific(es) augures sacra publica c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) facient, togas praetextas habendi jus potestasque esto, eisque pontificib(us) auguri(bus)q(ue) ludos gladiatorumque inter decuriones spectare jus potestasque esto.

LXVII. Quicumque pontif(ices) quique augures c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) post h(anc) l(egem) datam in conlegium pontific(um) augurumq(ue) in demortui damnative loco h(ac) l(ege) lectus cooptatusve erit, is pontif(ex) augurq(ue) in c(olonia) Jul(ia) in conlegium pontifex augurq(ue) esto, ita uti qui optima lege in quaque colon(ia) pontif(ices) auguresque) sunt erunt. Neve quis quem in conlegium pontificum kapito sublegito cooptato nisi tunc cum minus tribus pontificib(us) ex iis, qui c(oloniae) G(enetivae) sunt, erunt. Neve quis quem in conlegium augurum sublegito cooptato nisi tum cum minus tribus auguribus ex eis, qui colon(iae) G(enetivae) J(uliae) sunt, erunt.

LXVIII. IIviri praef(ectus)ve comitia pontific(um) augurumq(ue) quos h(ac) l(ege) facere oportebit, ita habeto prodicito, [ita] uti IIvir(um) creare facere sufficere h(ac) l(ege) oportebit).

LXIX. IIviri qui post colon(iam) deductam primi erunt, ei in suo magistratu) et cuicumq(ue) IIvir(i) in colon(ia) Jul(ia) erunt, ii in diebus LX proxumis, quibus eum magistratum) gerere coeperint, ad decuriones referunto, cum non minus XX aderunt, uti redemptori redemptoribus[que], qui ea redempta habebunt quae ad sacra resq(ue) divinas opus erunt pecunia ex lege locationis adtribuatur solvaturq(ue). Neve quisquam rem aliam at decuriones referunto neve quot decurionum decret(um) faciunto antequam eis redemptoribus pecunia ex lege locationis

attribuatur solvaturve d(ecurionum) d(ecreto), dum ne minus XXX atsint, cum e(a) r(es) consulatur. Quot ita decreverint, ei Ilvir(i) redemptori redemptoribus attribuendum solvendumque curato, dum ne ex ea pecunia solvant adtribuunt, quam pecuniam ex h(ac) l(ege) *ad* ea sacra, quae in colon(ia) aliove quo loco publice fiant, dari adtribui oportebit.

LXX. Il viri quicumque erunt ei praeter eos, qui primi post h(anc) l(egem) *facti* erunt, [ei] in suo mag(istratu) munus ludosve scaenicos Jovi Junoni Minervae deis deabusq(ue) quadriduom m(ajore) p(arte) diei, quot ejus fieri poterit, arbitrato decurionum faciunt inque eis ludis eoque munere unusquisque eorum de sua pecunia ne minus HS $\infty\infty$ consumito et ex pecunia publica in sing(ulos) Ilvir(os) d(um) t(axat) HS $\infty\infty$ sumere consumere liceto, itque eis s(ine) f(raude) s(ua) facere liceto, dum ne quis ex ea pecun(ia) sumat neve adtributionem faciat, quam pecuniam h(ac) l(ege) *ad* ea sacra, quae in colon(ia) aliove quo loco publice fient, dari adtribui oportebit.

LXXI. Aediles quicumq(ue) erunt in suo mag(istratu) munus ludos scaenicos Jovi Junoni Minervae triduum majore parte diei, quot ejus fieri poterit, et unum diem in circo aut in foro Veneri faciunt, inque eis ludis eoque munere unusquisque eorum de sua pecunia ne minus HS $\infty\infty$ consumito *deve* publico in sing(ulos) aedil(es) HS $\infty\infty$ sumere liceto, eamq(ue) pecuniam Ilvir praef(ectusve) dandam adtribuendam curanto itque iis s(ine) f(raude) s(ua) c(apere) liceto.

LXXII. Quotcumque pecuniae stipis nomine in aedis sacras datum inlatum erit, quod ejus pecuniae eis sacris superfuerit, quae sacra, uti h(ac) l(ege) d(ata) oportebit, ei deo deave, cujos ea aedis erit, *facta fuerint*, ne quis facito neve curato neve intercedito, quo minus in ea aede consumatur, ad quam aedem ea pecunia stipis nomine data conlata erit, neve quis eam pecuniam alio consumito *neve* quis facito, quo magis in alia re consumatur.

LXXIII. Ne quis intra fines oppidi colon(iae)ve, qua aratro circumductum erit, hominem mortuom infero neve ibi humato neve urito neve hominis mortui monumentum aedificato. Si quis adversus ea facerit, is c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) Jul(iae) HS Ioo d(are) d(arnas) esto, ejusque pecuniae cui volet petitio persecutio [exactioq(ue)] esto. Itque quot inaedificatum erit Iivir aedil(is)ve dimoliendum curanto. Si adversus ea mortuus inlatus positusve erit, expianto uti oportebit.

LXXIV. Ne quis ustrinam novam, ubi homo mortuus combustus nom erit, propius oppidum passus D facito. Qui adversus ea fecerit, HS Ioo c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) Jul(iae) d(are) d(arnas) esto, ejusque pecuniae cui volet petitio persecutioq(ue) ex h(ac) l(ege) esto.

LXXV. Ne quis in oppido colon(ia) Jul(ia) aedificium detegito neve demolito neve disturbato, nisi si praedes Iivir(um) arbitrato dederit se redaeficatorum, aut nisi decuriones decreverint, dum ne minus L adsint, cum e(a) r(es) consulatur. Si quis adversus ea fecerit, q(uantum) e(a) r(es) e(rit), t(antum) p(ecuniam) c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) Jul(iae) d(are) d(arnas) e(sto), ejusq(ue) pecuniae qui volet petitio persecutioq(ue) ex h(ac) l(ege) esto.

LXXVI. Figlinas teglarias majores tegularum CCC tegulariumq(ue) in oppido colon(ia) Jul(ia) ne quis habeto. Qui habuerit it aedificium isque locus publicus coloni(ae) Juli(ae) esto, ejusq(ue) aedificii *qui volet petitio esto, quantique ea res erit*¹ quicumque inc(olonia) G(enetiva) Jul(ia) j(ure) d(icundo) p(raerit), s(ine) d(olo) m(alo) eam pecuniam in publicum redigito.

LXXVII. Si quas vias fossas cloacas Iivir aedil(is)ve publice facere inmittere commutare aedificare munire intra eos fines, qui colon(iae) Jul(iae) erunt, volet, quot ejus sine injuria privatorum fiet, it is facere liceto.

¹ Complemento proposto por Mommsen.

LXXIIX. Quae viae publicae itinerave publica sunt erunt intra eos fines, qui colon(iae) dati erunt, quicumq(ue) limites quaeque viae quaeque itinera per eos agros sunt erunt fueruntve ¹, eae viae eique limites eaque itinera publica sunt.

LXXIX. Qui fluvi rivi fontes lacus aquae stagna paludes sunt in agro. qui colon(is) hujusc(e) colon(iae) divisus erit, ad eos rivos fontes locus aquas[que] stagna paludes itus actus aquae haustus iis item esto, qui eum agrum habebunt possidebunt, uti iis fuit, qui eum agrum habuerunt possederunt. Itemque iis, qui eum agrum habent possident habebunt possidebunt, itineris aquarum lex jusque esto.

LXXX. Quot cuique negotii publice in colon(ia) de decuri(onum) sententia datum erit, is cui negotium datum erit ejus rei rationem decurionib(us) reddito refertoque in dieb(us) CL proxumis *quibus* it negotium confecerit quibusve it negotium gerere desierit, quot ejus fieri poterit s(ine) d(olo) m(alo).

LXXXI. Quicumque Hvir(i) aed(iles)ve colon(iae) Jul(iae) erunt, ii scribis suis, qui pecuniam publicam colonorumque rationes scripturus erit, antequam tabulas publicas scribet [tractetve], in contione palam luci nundinis in forum jus jurandum adigito per Jovem deosque Penates «sese pecuniam publicam ejus colon(iae) concustoditurum rationesque veras habiturum esse, u(ti) q(uod) r(ecto) f(actum) e(sse) v(olet) s(ine) d(olo) m(alo), neque se fraudem per litteras facturum esse sc(ientem) d(olo) m(alo)». Uti quisque scriba ita juraverit, in tabulas publicas referatur facito. Qui ita non juraverit, is tabulas publicas ne scribito neve aes apparitorium mercedemque ob e(am) r(em) kapito. Qui jus jurandum non adegerit, ei HS Ioo multa esto, ejusq(ue)

¹ M. Mommsen propõe a substituição de : «quicumque ... fueruntve» por «quique limites per eos agros sunt erunt».

pecuniae cui volet petitio persecutioq(ue) ex h(ac) l(ege) esto.

LXXXII. Qui agri quaeque silvae quaeq(ue) aedificia c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae), quibus publice utantur, data adtributa erunt, ne quis eos agros neve eas silvas vendito neve locato longius quam in quinquennium, neve ad decuriones referto neve decurionum consultum facito, quo ei agri caeve silvae veneant aliterve locentur. Neve si venierint, itcirco minus c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) sunt. Quique iis rebus fructus erit, quot se emisse dicat, is in juga sing(ula) inque annos sing(ulos) HS C c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) d(are) d(amnās) esto, ejusque pecuniae cui volet petitio persecutioq(ue) ex h(ac) l(ege) esto.

(Faltam duas columnas desde o fim do c. LXXXII até ao começo do c. XLI).

XCI. Si quis ex hac lege decurio augur pontifex coloniae G(enetivae) J(uliae) factus creatusve erit, tum quicumque decurio augur pontifex hujusque col(oniae) domicilium in ea col(onia) oppido propiusve it oppidum p(assus) ∞ non habebit annis V proxumis, unde pignus ejus quot satis sit capi possit, is in ea col(onia) augur pontif(ex) decurio ne esto, quique Ilvir in ea col(onia) erunt, ejus nomen de decurionibus sacerdotibusque de tabulis publicis eximendum curanto, u(ti) q(nod) r(ecte) f(actum) e(sse) v(olet), idq(ue) eos Ilvir(os) s(ine) f(raude) s(ua) f(acere) l(iceto).

XCI. Ilvir quicumque in ea colon(ia) mag(istratum) habebunt, ei de legationibus publice mittendis ad decuriones referunto, cum m(ajor) p(ars) decurion(um) ejus colon(iae) aderit, quotque de his rebus major pars eorum qui tum aderunt constituerit, it jus ratumque esto. Quamque legationem ex h(ac) l(ege) exve d(ecurionum) d(ecreto), quot ex h(ac) l(ege) factum erit, obire oportuerit neque obierit qui lectus erit, is pro se vicarium ex eo ordine, uti hac lege de(curionum)ve decreto d(ari) o(portet), dato. Ni ita dederit, in res sing(ulas), quotiens ita non fecerit, HS eclō

colon(is) hujusque col(oniae) d(are) d(arnas) e(sto), ejusque pecuniae cui volet petitio persecutioque esto.

XCIH. Quicumque Hvir post colon(iam) deductam factus creatusve erit quive praef(ectus) [qui] ab Hvir(o) e lege hujus coloniae relictus erit, is de loco publico neve pro loco publico neve ab redemptore mancipe praed(e)ve donum munus mercedem aliutve quid kapito neve accipito neve facito, quo quid ex ea re at se suorumve quem perveniat. Qui adversus ea fecerit, is Hs cclō cclō c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) Jul(iae) d(are) d(arnas) e(sto), ejusque pecuniae cui volet petitio persecutioque esto.

XCIH. Ne quis in hac colon(ia) jus dicito neve cujus in ea colon(ia) juris dictio esto nisi Hvir(i) aut quem Hvir praef(ectum) reliquerit aut aedil(is), uti h(ac) l(ege) o(portebit). Neve quis pro eo imper(io) pottestat(e)ve facito, quo quis in ea colonia jus dicat, nisi quem ex h(ac) l(ege) dicere oportebit.

XCIV. Qui recipatores dati erunt, si eo die quo jussi erunt non judicabunt, Hvir praef(ectus)ve ubi e(a) r(es) a(gitur) eos rec(iperatores) eumque cujus res a(gitur) adesse jubeto diemque certum dicito, quo die atsint, usque ateo, dum e(a) r(es) judicata erit, facitoque, uti e(a) r(es) in diebus XX proxumis, quibus d(e) e(a) r(e) rec(iperatores) dati jussive erunt judicare, judic(etur), u(ti) q(uod) r(ecte) f(actum) e(sse) v(olet). Testibusque in eam rem publice dum taxat h(ominibus) XX, qui colon(i) incolaeve erunt, quibus is qui rem quaeret volet, denuntietur facito. Quibusq(ue) ita testimonium denuntiatum erit quique in testimonio dicendo nominati erunt, curato uti at it judicium atsint. Testimoniumq(ue), si quis quit earum rer(um), quae res tum agetur, sciet aut audierit, juratus dicat facito, uti qu(od) r(ecte) f(actum) e(sse) v(olet), dum ne omnino amplius h(omines) XX in judicia singula testimonium dicere cogantur. Neve quem invitum testimonium dicere cogito, qui ei, *cuia*¹ r(es) tum agetur, gener socer, vitricus pri-

¹ Cfr. Cicero, *Verr.*, 1, 54, 142: «cuia res est».

vignus, patron(us) lib(ertus), consobrius *sit* propiusve eum ea cognatione atfinitateve contigat. Si Ilvir praef(ectus)ve, qui *ex*¹ re colon(iae) petet, non aderit ob eam rem, quot ei morbus sonticus, vadimonium, iudicium, sacrificium, funus familiare feriaeve denicales erunt, quo minus adesse possit sive is propter magistratus potestatemve p(opuli) R(omani) minus atesse poterit: quo magis eo absente de eo cui *is* negotium facesset recip(eratores) sortiantur rejiciantur res iudicetur, ex h(ac) l(ege) n(ihilum) r(ogatur). Si privatus petet et is, cum de ea re iudicium fieri oportebit, non aderit neque arbitrato Ilvir(i) praef(ecti)ve ubi e(a) r(es) a(ge)tur excusabitur ei harum quam causam esse, quo minus atesse possit, morbum sonticum, vadimonium, iudicium, sacrificium, funus familiare, ferias denicales eumve propter mag(istratus) potestatemve p(opuli) R(omani) atesse non posse: post ei earum *rerum*, quarum h(ac) l(ege) quaestio erit, actio ne esto. Deq(ue) e(a) r(e) siremps lex resque esto, *quasi* si neque iudices relecti² neq(ue) recip(eratores) in eam rem dati essent.

XCVI. Si quis decurio ejus colon(iae) ab Ilvir(o) praef(ecto)ve postulabit, uti ad decuriones referatur, de pecunia publica deque multis poenisque deque locis agris aedificiis publicis quo facto quaeri iudicarive oporteat: tum Ilvir quive juri dicundo praerit d(e) e(a) r(e) primo quoque die decuriones consulto decurionumque consultum facito fiat, cum non minus m(ajor) p(ars) decurionum atsit, cum ea res consuletur. Uti m(ajor) p(ars) decurionum, qui tum aderint, censuer(int), ita jus ratumque esto.

XCVII. Ne quis Ilvir neve quis pro potestate in ea colon(ia) facito neve ad decur(iones) referto neve d(ecurionum) d(ecretum) facito fiat, quo quis colon(is) colon(iae) patron(us) sit atopeturve praeter eum, cui, c(olonis) a(grorum) d(andorum) a(tsignandorum) j(us) ex lege Julia est, eum-

¹ Conjectura de Dernburg, admittida por Mommsen.

² Mommsen: «delecti»; Huschke: «rejecti».

que, qui eam colon(iam) deduxerit, liberos posterosque eorum, nisi de m(ajoris) p(artis) decurion(um) *qui tum aderunt* per tabellam *sententia*, cum non minus L aderunt, cum e(a) r(es) consulatur. Qui atversus ea fecerit, HS lxx colon(is) ejus colon(iae) d(are) d(amas) esto, ejusque pecuniae colon(orum) ejus colon(iae) cui volet *petitio* esto.

XCVIII. Quamquamque munitionem decuriones hujusce coloniae decreverint, si m(ajor) p(ars) decurionum atfuerit, cum e(a) r(es) consulatur, eam munitionem fieri liceto, dum ne amplius in annos sing(ulos) inque homines singulos puberes operas quinas et in [jumenta plaustraria] juga sing(ula) operas ternas decernant. Eique munitioni aed(iles) qui tum erunt ex d(ecurionum d(ecreto) praesunt. Uti decurion(es) censuerint, ita muniendum curanto, dum ne invito ejus opera exigatur, qui minor annor(um) XIII aut major annor(um) LX natus erit. Qui in ea colon(ia) intrave ejus colon(iae) fines domicilium praediumve habebit neque ejus colon(iae) colon(us) erit, is eidem munitioni uti colon(us) *pareto*.

XCVIII. Qua aquae publicae in oppido colon(iae) Gen(e)tivae adducentur, Ilvir, qui tum erunt, ad decuriones, cum duae partes aderunt, referto, per quos agros aquam ducere liceat. Qua *pars* major decurion(um), qui tum aderunt, duci decreverint, dum ne per it aedificium, quot non ejus rei causa factum sit, aqua ducatur, per eos agros aquam ducere j(us) p(otestas)que esto, neve quis facito, quo minus ita aqua ducatur.

C. Si quis colon(us) aquam in privatam eaducam ducere volet isque at Ilvir(um) adierit *postulabitque*, uti ad decurion(es) referat. tum is Ilvir, a quo ita postulatum erit ad decuriones, cum non minus XXXX aderunt, referto. Si decuriones m(ajor) p(ars) qui tum atfuerint, aquam caducam in privatam duci censuerint, ita ea aqua utatur, quot sine privati injuria fiat, j(us) potest(as)que e(sto).

CI. Quicumque comitia magistratibus creandis subro-

gandis habebit, is ne *quem* eis comitis pro tribu accipito neve renuntiato neve renuntiarum jubeto, qui *in earum* qua causa erit, *e qua eum* h(ac) l(ege) in colon(ia) decurionem nominari creati inve decurionibus esse non oporteat non liceat.

CII. Ilvir qui h(ac) l(ege) quaeret jud(icium)*ve* exercebit, quod judicium uti uno die fiat h(ac) l(ege) praestitutum non est, ne quis eorum ante h(oram) I neve post horam XI diei quaerito neve judicium exerceto. Isque Ilvir in singul(os) accusatores, qui eorum delator erit, ei h(oras) III, qui subscriptor erit, h(oras) II accusandi potest(atem) facito. Si quis accusator de suo tempore alteri concesserit, quot ejus cuique concessum erit, eo amplius cui concessum erit dicendi potest(atem) facito. Qui de suo tempore alteri concesserit, quot ejus cuique concesserit, eo minus ei dicendi potest(atem) facito. Quot horas omnino omnib(us) accusatorib(us) in sing(ulas) actiones dicendi potest(atem) fieri oporteb(it), totidem horas et alterum tantum reo quive pro eo dicet in sing(ulas) actiones dicendi potest(atem) facito.

CIII. Quicumque in col(onia) Genet(iva) Ilvir praef(ec-tus)*ve* j(ure) d(icundo) praerit, *eum* colon(os) incolasque contributos*que* quocumque tempore colon(iae) fin(ium) defendendorum¹ causa armatos educere decurion(es) censuerint, quot m(ajor) p(ars) qui tum aderunt decreverint, id e(i) s(ine) f(raude) s(ua) f(acere) l(iceto). *Eique* Ilvir(o) aut quem Ilvir armatis praefecerit idem jus eademque animadversio esto, uti tr(ibunus) mil(itum) p(opuli) R(omani) in exercitu p(opuli) R(omani) est, itque e(i) s(ine) f(raude) s(ua) f(acere) l(iceto) j(us) p(otestas) que e(sto), dum it, quot m(ajor) p(ars) decurionum decreverit, qui tum aderunt, fiat.

CIII. Qui limites decumanique intra fines c(oloniae) G(e-netivae) deducti factique erunt, quaecum(que) fossae limi-

¹ Ou «tuendorum»; o bronze : «dividendorum».

tales in eo agro erunt, qui jussu C. Caesaris dict(atoris) imp(eratoris) et lege Antonia senat(us)que c(onsultis) p(lebi)que s(citis) ager datus atsignatus erit, ne quis limites decumanosque opsaepptos neve quit immolatum neve quit ibi opsaeptum habeto, neve eos arato, neve eis fossas opturato neve opsaepito, quo minus suo itinere aqua ire fluere possit. Si quis atversus ea quit facerit, is in res singulas quotienscumq(ue) fecerit, HS ∞ c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) d(are) d(amnas) esto, ejusq(ue) pecun(iae) cui volet petitio p(ersecutioq(ue)) esto.

CV. Si quis quem decurion(um) indignum loci ordinis decurionatus esse dicet, praeterquam quot libertinus erit, et ab Hvir(o) postulabitur, uti de ea re iudicium reddatur, Hvir quo de ea re in jus aditum erit, jus dicito iudiciaque reddito. Isque decurio, qui iudicio condemnatus erit, postea decurio ne esto neve in decurionibus sententiam dicito neve Hvir(atum) neve aedilitatem petito neve quis Hvir comitis suffragio ejus rationem habeto neve Hvir(um) neve aedilem renuntiato neve renuntiari sinito.

CVI. Quicumque c(olonos) c(oloniae) G(enetivae) erit, quae jussu C. Caesaris dict(atoris) ded(ucta) est, ne quem in ea col(onia) coetum *conjuratiōem*...

(Falta uma taboa do fim do c. CVI ao começo do c. CXXIII).

CXXIII. Hvir ad quem d(e) e(a) r(e) in jus aditum erit, ubi iudicibus, apud quos e(a) r(es) agetur, majori parti planum factum non erit, eum de quo iudicium datum est decurionis loco indignum esse, eum qui accusabitur ab his iudicibus eo iudicio absolvi jubeto. Qui ita absolutus erit, quod iudicium praevarication(is) causa factum non sit, is eo iudicio h(ac) l(ege) absolutus esto.

CXXIII. Si quis decurio c(oloniae) G(enetivae) decurionem c(oloniae) G(enetivae) h(ac) l(ege) de indignitate accusabit, eumque quem accusabit eo iudicio h(ac) l(ege) condemnarit, is [qui quem eo iudicio ex h(ac) l(ege) condem-

narit], si volet, in ejus locum qui condemnatus erit sententiam dicere, ex h(ac) l(ege) liceto itque eum s(ine) f(raude) s(ua) jure lege recteq(ue) facere liceto, ejusque is locus in decurionibus sententiae dicendae rogandae h(ac) l(ege) esto.

CXXV. Quicumque locus ludis decurionibus datus atsignatus relictusve erit, ex quo loco decuriones ludos spectare o(portebit), ne quis in eo loco, nisi qui tum decurio c(oloniae) G(enetivae) erit, quive tum magistratus imperium potestatemve colonor(um) suffragio [geret] jussuque C. Caesaris dict(atoris) co(n)s(ulis) prove co(n)s(ule) habebit, quive pro quo imperio potestateve tum in c(olonia) Gen(etiva) erit, quibusque locos in decurionum loco ex d(ecreto) d(ecurionum) col(oniae) Gen(etivae) d(ari) o(portebit), quod decuriones decr(everint), cum non minus dimidia pars decurionum adfuerit cum e(a) r(es) consulta erit, [ne quis praeter eos, qui s(upra) s(cripti) s(unf), qui locus decurionibus datus atsignatus relictusve erit, in eo loco] sedeto neve quis alium in ea loca sessum ducito neve sessum duci jubeto sc(iens) d(olo) m(alo). Si quis adversus ea sederit sc(iens) d(olo) m(alo) sive quis atversus ea sessum duxerit ducive jusserit sc(iens) d(olo) m(alo), is in res sing(ulas), quotienscumque quit d(e) e(a) r(e) atversus ea fecerit, HS Ioo c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) d(are) d(amnas) esto, ejusque pecuniae qui eorum volet rec(ipe) ratorio) judicio aput Ilvir(um) praef(ectum)ve actio petito persecutio ex h(ac) l(ege) [j(us) potest(as)que] e(sto).

CXXVI. Hvir, aed(ilis), praef(ectus) quicumque c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) ludos scaenicos faciet, sive quis alius c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) ludos scaenicos faciet, colonos Genetivos incolasque hospitesque atventoresque ita sessum ducito [ita locum dato distribuito atsignato] uti d(e) e(a) r(e) [de eo loco dando atsignando] decuriones, cum non min(us) L[decuriones] cum e(a) r(es) c(onsuletur), in decurionibus adfuerint, decreverint statuerint s(ine) d(olo) m(alo). Quot ita ad decurionibu(s) [de loco dando atsignando] statutum decretum erit, it h(ac) l(ege) j(us) r(atum)

q(ue) esto. Neve is qui ludos faciet aliter aliove modo sessum ducito neve duci iubeto neve locum dato *neve* dari iubeto neve locum attribuito neve attribui iubeto neve locum atsignato neve atsignari iubeto neve quit facito, quo aliter aliove modo, adque uti locus datus atsignatus attributusve erit, sedeant, neve facito, quo quis alieno loco sedeat, sc(iens) d(olo) m(alo). Qui atversus ea fecerit, is in res singulas, quotienscumque quit atversus ea fecerit, HS hō c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) d(are) d(amas) e(sto), *ejusque* pecuniae cui volet rec(iperatorio) iudicio aput Hvir(um) praef(ectum)ve actio petitio persecutioque h(ac) l(ege) [jus potestasque] esto.

CXXVII. Quicumque ludi scaenici c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) fient, ne quis in orchestra ludorum spectandor(um) causa praeter mag(istratum) prove mag(istratu) p(opuli) R(omani), quive j(ure) d(icundo) p(raerit) et si quis senator p(opuli) R(omani) est erit fuerit, et si quis senatoris f(ilius) p(opuli) R(omani) est erit fuerit, et si quis praef(ectus) fabrum ejus mag(istratus) prove magistratu qui provinc(iarum) Hispaniar(um) ulteriorem [Baeticac praerit] optinebit erit, et quos ex h(ac) l(ege) decurion(um) loco [decurionem] sedere oportet oportebit, [praeter eos qui s(upra) s(cripti) s(unt) ne quis in orchestram ludorum spectandorum causa] sedeto, [neve quisque mag(istratus) prove mag(istratu) p(opuli) R(omani) q(ui) j(ure) d(icundo) p(raerit) ducito], neve quem quis sessum ducito, neve in eo loco sedere sinito, uti q(uod) r(ecte) f(actum) e(sse) *v(olet)* s(ine) d(olo) m(alo).

CXXVIII. H(vir) aed(ilis) praef(ectus) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) quicumque erit, is suo quoque anno mag(istratu) (imperi)q(ue) facito curato, quod ejus fieri poterit, u(ti) q(uod) r(ecte) f(actum) e(sse) *v(olet)*, s(ine) d(olo) m(alo), mag(istri) ad fana templa delubra, quem ad modum decuriones censuerint, [suo quoque anno] fiant eique [d(ecurionum) d(ecreto)] suo quoque anno ludos circenses, sacrificia pulvinariaque facienda curent, quem ad modum [quitquit] de iis rebus, mag(istris) creandis, ludis circen-

sibus faciendis, sacrificiis procurandis, pulvinaribus faciendis decuriones statuerint decreverint, [ea omnia ita fiant]. Deque iis omnibus rebus quae (supra) s(criptae) s(unt) quocumque decuriones statuerint decreverint, it jus ratumque esto, eiq(ue) omnes, at quos ea res pertinebit, quot quemque eorum ex h(ac) l(ege) facere oportebit, faciunto s(ine) d(olo) m(alo). Si quis atversus ea fecerit, HS ccIxx c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) Juliae d(are) d(amnās) c(sto), ejusque pecun(iae) qui eorum volet rec(iperatorio) judic(io) aput Ilvir(um) praef(ectum)ve actio petitio persecutioq(ue) e(x) h(ac) l(ege) [jus pot(estas)] esto.

CXXIX. Ilvir(i) aediles praef(ectus) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) quicumque erunt decurionesq(ue) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) quicumque erunt, ii omnes d(ecurionum) d(ecretis) diligenter parento optemperanto s(ine) d(olo) m(alo) faciuntoque uti quot quemq(ue) eor(um) decurionum d(ecreto) agere facere o(porte)bit ea omnia agant faciant, u(ti) q(uod) r(ecte) f(actum) e(sse) v(olet) s(ine) d(olo) m(alo). Si quis ita non fecerit sive quit atversus ea fecerit sc(iens) d(olo) m(alo), is in res sing(ulas) HS ccIxx c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) d(are) (damnas) e(sto), ejusque pecuniae qui eor(um) volet rec(iperatorio) judic(io) aput Ilvir(um) praef(ectum)ve actio petitio persecutioque ex h(ac) l(ege) [jus potestasque] e(sto).

CXXX. Ne quis Ilvir [aed(ilis)] praef(ectus) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) quicumque erit ad decurion(es) c(oloniae) G(enetivae) referto neve decurion(ēs) consulito neve d(ecretum) d(ecurionum) facito neve d(e) e(a) r(e) in tabulas p(ublicas) referto neve referri jubeto neve quis decur(io) d(e) e(a) r(e) q(ua) d(e) r(e) a(ge)tur, in decurionib(us) sententiam dicito neve d(ecretum) d(ecurionum) scribito, neve in tabulas publicas referto, neve referendum curato, quo quis senator senatorisve f(ilius) p(opuli) R(omani) c(oloniae) G(enetivae) patronus atoptetur sumatur fiat nisi de trium partium d(ecurionum) [d(ecreto)] sentent(ia) per tabellam [facito] et nisi de eo homine [de quo

tum referetur, consuletur *d(ecretum)* d(ecurionum) fiat] qui cum e(a) r(es) a(getur), in Italiam sine imperio privatus erit. Si quis adversus ea ad *decurion(es)* rettulerit d(ecurionum)ve *d(ecretum)* fecerit faciendumve curaverit inve tabulas *publicas* rettulerit referre jusserit sive quis in *decurionib(us)* sententiam dixerit d(ecurionum)ve *d(ecretum)* scripserit inve tabulas *publicas* rettulerit referendumve curaverit, in res sing(ulas), *quotienscumque* quit atversus ea fecerit *is* HS ccclooo c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) d(are) d(arnas) e(sto), ejusque pecuniae qui *eor(um)* volet rec(iperatorio) judi(cio) aput Ilvir(um) interregem praef(ectum) actio petitio persecutioque ex h(ac) l(ege) [(jus) potest(as)que] e(sto).

CXXXI. Neve quis Ilvir [aed(ilis)] praef(ectus) *c(oloniae)* G(enetivae) J(uliae) *quicumque* erit ad *decuriones* c(oloniae) G(enetivae) referto neve d(ecuriones) consulito neve d(ecretum) d(ecurionum) facito neve d(e) e(a) r(e) in tabulas *publicas* referto neve referri jubeto neve quis *decurio* d(e) e(a) r(e) in d(ecurionibus) sententiam dicitto neve d(ecretum) d(ecurionum) scribitto neve in tabulas *publicas* referto neve referendum curato, quo quis *senator* *senatoris*ve f(i)lius) p(opuli) R(omani) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) *hospes* atoptetur, *hospitium* *lessera*ve *hospitalis* cum quo *fiat*, nisi de *majoris* p(artis) *decurionum* sententia per *tabellam* [facito]¹ et nisi de eo *homine*, [de quo tum referetur consuletur *d(ecretum)* d(ecurionum) fiat] qui, cum e(a) r(es) a(getur), in Italiam sine imperio privatus erit. Si quis adversus ea ad *decuriones* rettulerit d(ecretum)ve d(ecurionum) fecerit faciendumve curaverit inve tabulas *publicas* rettulerit referre jusserit sive quis in *decurionibus* sententiam dixerit d(ecretum)ve d(ecurionum) scripserit inve tabul(as) *publicas* rettulerit referendumve curaverit, *is* in res sing(ulas), *quotienscumque* quit adversus ea fecerit, HS ccclooo c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) d(are) d(arnas) e(sto), ejusque pecuniae qui *eorum* volet

¹ Supprimido por Mommsen e Dessau; Fabricius corrige: *facta*.

recu(peratorio) judic(io) apud Ilvir(um) praef(ectum)ve actio petitio persecutioque h(ac) l(ege) [jns potest(as)que] esto.

CXXXII. Ne quis in c(olonia) G(enetiva) post h(anc) l(egem) datam petitor candidatus, quicumque in c(olonia) G(enetiva) J(ulia) mag(istratum) petet, magistratus petendi causa in eo anno, quo quisque anno petitor candidatus mag(istratum) petet petiturusve erit, [mag(istratus) petendi] convivia facito neve at cenam quem vocato neve convivium habeto neve facito sc(iens) d(olo) m(alo), quo quis suae petitionis causa convivium habeat ad cenamve quem vocet, praeter [dum] quod ipse candidatus petitor in eo anno quo mag(istratum) petat, vocarit dum taxat in dies sing(ulos) h(ominum) VIII [convivium habeto], si volet, s(ine) d(olo) m(alo). Neve quis petitor candidatus donum manus aliudve quit det largiatur petitionis causa sc(iens) d(olo) m(alo). Neve quis alterius petitionis causa convivia facito neve quem ad cenam vocato neve convivium habeto, neve quis alterius petitionis causa cui quit donum munus aliudve quit dato donato largito sc(iens) d(olo) m(alo). Si quis adversus ea fecerit, HS Ioo c(olonis) c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) d(are) d(ammus) e(sto), ejusque pecuniae qui eor(um) volet rec(uperatorio) judic(io) apud Ilvir(um) praef(ectum)ve actio petitio persec(utio)que ex h(ac) l(ege) [j(us) potest(as)que] esto.

CXXXIII. Qui c(oloni) Gen(etivi) Jul(ienses) h(ac) l(ege) sunt erunt, eorum omnium uxores, quae in c(olonia) G(enetiva) J(ulia) h(ac) l(ege) sunt, [eae mulieres] legibus c(oloniae) G(enetivae) J(uliae) virique parento juraque [ex h(ac) l(ege)], quaecumque in hac lege scripta sunt, omnium rerum ex h(ac) l(ege) habento s(ine) d(olo) m(alo).

CXXXIV. Ne quis Ilvir [aedil(is)] praefectus c(oloniae) Ge(netivae), quicumque erit, post h(anc) l(egem) ad decuriones c(oloniae) G(enetivae) referto neve decuriones consulito neve d(ecretum) d(ecurionum) facito neve d(e) e(a) r(e) in tabulas publicas referto neve referri jubeto neve quis decurio, cum e(a) r(es) a(getur), in decurionibus sen-

tentiam dicita neve d(ecretum) d(ecurionum) scribitō neve in tabulas publicas referto neve referendum curato, quo cui pecunia publica *aliutve* quid honoris habendi causa munerisve *dandi pollicendi prove* statua danda ponenda detur *donetur*. . . .

III

Leis de Salpensa e Málaga

(81-84)

Táboas de bronze encontradas em 1851 próximo de Málaga, redigidas sobre um modelo uniforme, e contendo fragmentos dos estatutos municipais das cidades latinas de Salpensa e Málaga.

Cfr. GIRARD, *Textes cit.*, pagg. 108-119.

α) Lei de Salpensa

R(ubrica). *Ut magistratus civitatem Romanam consequantur.*

XXI. . . *Qui Hvir aedilis quaestor ex hac lege factus erit, cives Romani sunt, cum post annum magistratu abierint, cum parentibus conjugibusque ac liberis, qui legitimis nuptis quaesiti in potestatem parentium fuerint, item nepotibus ac neptibus filio natis natabus, qui quaeque in potestate parentium fuerint; dum ne plures c(ives) R(omani) sint, quam quod ex h(ac) l(ege) magistratus creare oportet.*

R. *Ut qui civitat(em) Roman(am) consequantur, maneant in eorundem m(ancipio) m(anu) potestate.*

XXII. *Qui quaeve ex h(ac) l(ege) exve edicto imp(eratoris) Caesaris Aug(usti) Vespasiani, imp(eratoris)ve Titi Caesaris Aug(usti) aut imp(eratoris) Caesaris Aug(usti) Domitiani p(atris) p(atriciae) civitatem Roman(am) conse-*

cutus consecuta erit: is ea in ejus, qui c(ivis) Roman(us) h(ac) l(ege) factus erit, potestate manu mancipio, cujus esse deberet, si civitate [Romana] mutatus mutata non esset, esto idque jus tutoris optandi habeto, quod haberet, si a cive Romano ortus orta neq(ue) civitate mutatus mutata esset.

R. Ut qui c(ivitatem) R(omanam) consequentur, jura libertorum retineant.

XXIII. Qui quaeve *ex* h(ac) l(ege) exve edicto imp(eratoris) Caes(aris) Vesp(asiani) Au(gusti), imp(eratoris)ve Titi Caes(aris) Vespasian(i) Au(gusti) aut imp(eratori) Caes(aris) Domitiani Aug(usti) c(ivitatem) R(omanam) consecutus consecuta erit: is in liberos libertasve suos suas paternos paternas, qui quae in c(ivitatem) R(omanam) non venerit, deque bonis eorum earum et is, quae libertatis causa imposita sunt, idem jus eademque condicio esto, quae esset, si civitate mutatus mutata non esset.

R. De praefecto imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti).

XXXIII. Si ejus municipi decuriones conscriptive municipesve imp(eratori) Caesari Domitian(o) Aug(usto) p(atri) p(atriciae) Ilviratum communi nomine municipum ejus municipi detulerint, imp(erator)que Domitianus Caesar Aug(ustus) p(ater) p(atriciae) eum Ilviratum receperit et loco suo praefectum quem esse jusserit; is praefectus eo *jure* esto, quo esset si eum Ilvir(um) j(ure) d(icundo) ex h(ac) l(ege) solum creari oportuisset isque ex h(ac) l(ege) solus Ilvir j(ure) d(icundo) creatus esset.

R. De jure praef(ecti), qui a Ilvir(o) relictus sit.

XXV. Ex Ilviris qui in eo municipio j(ure) d(icundo) p(raeerunt), uter postea ex eo municipio proficiscetur neque eo die in id municipium esse se rediturum arbitrabitur, quem praefectum municipi non minorem quam anno-

rum XXXV ex decurionibus conscriptisque relinquere volet, facito ut is juret per Jovem et divom Aug(ustum) et divom Claudium et divom Vesp(asianum) Au(gustum) et divom Titum Aug(ustum) et genium imp(eratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti) deosque Penates: quae Ilvirum, qui j(ure) d(icundo) p(raeest), h(ac) l(ege) facere oporteat, se, dum praefectus erit, d(um) t(axat) quae eo tempore fieri possint facturum, neque adversus ea facturum scientem d(olo) m(alo); et cum ita juraverit, prefectum eum ejus municipi relinquit. *Ei* qui ita praefectus relictus erit, donec in id municipium alteruter ex Ilviris adierit, in omnibus rebus id jus *eaque* potestas esto, praeterquam de praefecto relinquendo et de c(ivitate) R(omana) consequenda, quod jus quaeque potestas h(ac) l(ege) Ilviris *qui* jure dicundo praerunt datur. Isque dum praefectus erit quotiensque municipium egressus erit, ne plus quam singulis diebus abesto.

R. De jure jurando Ilvir(um) et aedil(ium) et q(uaestorum).

XXVI. Duovir(i) qui in eo municipio j(ure) d(icundo) p(raesunt), item aediles *qui* in eo municipio sunt, item quaestores qui in eo municipio sunt, eorum quisque in diebus quinq(ue) proxumis post h(anc) l(egem) datam, quique Ilvir(i) aediles quaestoresve postea ex h(ac) l(ege) creati erunt, eorum quisque in diebus quinque proxumis, ex quo Ilvir aedilis quaestor esse coeperit, priusquam decuriones conscriptive habeantur, juranto pro contione per Jovem et divom Aug(ustum) et divom Claudium et divom Vespasianum Aug(ustum) et divom Titum Aug(ustum) et genium Domitiani Aug(usti) deosque Penates: se, quod quomque ex h(ac) l(ege), exque re communi m(unicipum) m(unicipi) Flavi Salpensani censeat, recte esse facturum, neque adversus h(anc) l(egem) remve communem municipum ejus municipi facturum scientem d(olo) m(alo), quosque prohibere possit prohibiturum; neque se aliter consilium habiturum neq(ue) aliter daturum neque sententiam dicturum, quam ut *ex* h(ac) l(ege) exque re communi mu-

nicipum ejus municipi censeat fore. Qui ita non juraverit, is HS X (milia) municipibus ejus municipi d(are) d(amnas) esto, ejusque pecuniae deque ea pecunia municipum ejus municipi qui volet, cuique per hanc legem licebit, actio petitio persecutio esto.

R. De intercessione Hvir(um) et aedil(ium) et q(uaestorum).

XXVII. Qui Hvir(i) aut aediles aut quaestores ejus municipi erunt, his Hvir(is) inter se et cum aliquis alterutrum eorum aut utrumque ab aedile aedilibus aut quaestore quaestoribus appellabit, item aedilibus inter se, *item quaestoribus inter se* intercedendi, in triduo proximo quam appellatio facta erit poteritque intercedi, quod ejus adversus h(anc) l(egem) non fiat, et dum ne amplius quam semel quisque eorum in eadem re appelletur, jus potestasque esto, neve quis adversus ea quid, quom intercessum erit, facito.

R. De servis apud Hvir(um) manumittendis.

XXVIII. Si quis municeps municipi Flavi Salpensani, qui Latinus erit, aput Hvir(os), qui jure dicundo praeerunt ejus municipi, servom suom servamve suam ex servitute in libertatem manumiserit, liberum liberamve esse jusserit, dum ne quis pupillus neve quae virgo mulierve sine tutore auctore quem quamve manumittat, liberum liberamve esse jubeat: qui ita manumissus liberve esse jussus erit, liber esto, quaeque ita manumissa liberave esse jussa erit, libera esto, uti qui optumo jure Latini libertini liberi sunt erunt; dum is qui minor XX annorum erit manumittat, si causam manumittendi justam esse is numerus decurionum, per quem decreta h(ac) l(ege) facta rata sunt, censuerit.

R. De tutorum datione.

XXIX. Cui tutor non erit incertusve erit, si is cave mu-

niceps municipi Flavi Salpensani erit, et pupilli pupillaeve non erunt, et ab Ilviris, qui j(ure) d(icundo) p(raerunt) ejus municipi, postulaverit, uti sibi tutorem det, et eum, quem dare volet, nominaverit: tum is, a quo postulatum erit sive unum sive plures collegas habebit, de omnium collegarum sententia, qui tum in eo municipio intrave fines municipi ejus erit, causa cognita, si ei videbitur, eum qui nominatus erit tutorem dato. Sive is eave, ejus nomine ita postulatum erit, pupil(lus) pupillave erit, sive is, a quo postulatum erit, non habebit collegam, *collegave* ejus in eo municipio intrave fines ejus municipi nemo erit: tum is, a quo ita postulatum erit, causa cognita in diebus X proxumis, ex decreto decurionum, quod, cum duae partes decurionum non minus adfuerint, factum erit, eum, qui nominatus erit, quo ne ab justo tutore tutela *abeat*, ei tutorem dato. Qui tutor h(ac) l(ege) datus erit, is ei, cui datus erit, quo ne ab justo tutore tutela *abeat*, tam justus tutor esto, quam si is c(ivis) R(omanus) et *ei* adgnatus proximus c(ivis) R(omanus) tutor esset.

β) Lei de Málaga

R. De nominatione candidatorum.

LI. Si ad quem diem professionem fieri oportebit, nullius nomine aut pauciorum, quam tot quod creari oportebit, professio facta erit, sive ex his, quorum nomine professio facta erit, pauciores erunt quorum h(ac) l(ege) comitiis rationem habere oporteat, quam tot *quot* creari oportebit: tum is qui comitia habere debet proscrito, ita u(t) d(e) p(lano) r(ecte) l(egi) p(ossint), tot nomina eorum, quibus per h(anc) l(egem) eum honorem petere licebit, quod derunt ad eum numerum, ad quem creari ex h(ac) l(ege) oportebit. Qui ita proscripti erunt, ii, si volent, aput eum, qui ea comitia habiturus erit, singuli singulos ejusdem conditionis nominato, ique item, qui tum ab is nominati erunt, si volent, singuli singulos aput eundem eademque conditione nominato; isque, aput quem ea nominatio facta

erit, eorum omnium nomina proponito, ita *ut d(e) p(lano) r(ecte) l(egi) p(ossint)*, deque is omnibus item comitia habeto, perinde ac si eorum quoque nomine ex *h(ac) l(ege)* de petendo honore professio facta esset intra praestitutum diem petereque eum honorem sua sponte coepissent neque eo proposito destitissent.

R. De comitiis habendis.

LII. Ex *Ilviris* qui nunc sunt, item ex is, qui deinceps in eo municipio *Ilviri* erunt, uter major natus erit, aut si ei causa quae incidere q(uo) m(inus) comitia habere possit, tum alter ex his comitia *Ilvir(is)*, item aedilibus, item quaestoribus rogandis subrogandis *h(ac) l(ege)* habeto; utique ea distributione curiarum, de qua supra comprehensum est, suffragia ferri debent, ita per tabellam ferantur facito. Quique ita creati erunt, ii annum unum aut, si in alterius locum creati erunt, reliqua parte ejus anni in eo honore sunt, quem suffragis erunt consecuti.

R. In qua curia incolae suffragia ferant.

LIII. Quicumque in eo municipio comitia *Ilviris*, item aedilibus, item quaestoribus rogandis habebit, ex curiis sorte ducito unam, in qua incolae, qui cives *R(omani) Latine* cives erunt, suffragium ferant, eisque in ea curia suffragi latio esto.

R. Quorum comitis rationem haberi oporteat.

LIII. Qui comitia habere debet, is primum *Ilvir(os)* qui jure dicendo praesint ex eo genere ingenuorum hominum, de quo *h(ac) l(ege)* cautum comprehensumque est, deinde proximo quoque tempore aediles, item quaestores ex eo genere ingenuorum hominum, de quo *h(ac) l(ege)* cautum comprehensumque est, creandos curato; dum ne cujus comitis rationem habeat, qui *Ilviratum* petet, qui minor annorum *XXV* erit, quive intra quinquennium in eo honore fuerint; item qui aedilitatem quaesturamve pe-

tet, qui minor quam annor(um) XXV erit, quive in earum qua causa erit, propter quam, si c(ivis) R(omanus) esset, in numero decurionum conscriptorumve eum esse non liceret.

R. De suffragio ferendo.

LV. Qui comitia ex h(ac) l(ege) habebit, is municipes curiatim ad suffragium ferendum vocato ita, ut uno vocatu omnes curias in suffragium vocet, aequae singulae in singulis consaeptis suffragium per tabellam ferant. Itemque curato, ut ad cistam cujusque curiae ex municipibus ejus municipi terni sint, qui ejus curiae non sint, qui suffragia custodiant, diribeant, et uti ante quam id faciant quisque eorum jurent: se rationem suffragiorum fide bona habiturum relaturumque. Neve prohibito, q(uo) m(inus) et qui honorem petent singulos custodes ad singulas cistas ponant, lique custodes ab eo qui comitia habebit, item ab his positi qui honorem petent, in ea curia quisque eorum suffragium fert, ad cujus curiae cistam custos positus erit, eorumque suffragia perinde jasta rataque sunt ac si in sua quisque curia suffragium tulisset.

R. Quid de his fieri oporteat, qui suffragiorum numero pares erunt.

LVI. Is qui ea comitia habebit, ut quisque curiae cujus plura quam alii suffragia habuerit, ita priorem ceteris eum pro ea curia factum creatumque esse renuntiato, donec is numerus, ad quem creari oportebit, expletus sit. Qua in curia totidem suffragia duo pluresve habuerint, maritum, quive maritorum numero non erit; habentem liberos non habentem; plures liberos habentem pauciores habentem praeferto prioremque nuntiato ita, ut bini liberi post nomen impositum aut singuli puberes amissi virive potentes amissae pro singulis sospitibus numerentur. Si duo pluresve totidem suffragia habebunt et ejusdem condicionis erunt, nomina eorum in sortem cojicito, et uti cujusque nomen sorti ductum erit, ita eum priorem alis renuntiato.

R. De sortitione curiarum et is, qui curiarum numero pares erunt.

LVII. Qui comitia h(ac) l(ege) habebit, is relatis omnium curiarum tabulis nomina curiarum in sortem cojicito, singularumque curiarum nomina sorte ducito, et ut cujusque curiae nomen sorte exierit, quos ea curia fecerit, pronuntiari iubeto; et uti quisque prior majorem partem numeri curiarum confecerit, eum, cum h(ac) l(ege) juraverit cave-ritque de pecunia communi, factum creatumque renun- tiato, donec tot magistratus sint quod h(ac) l(ege) creari oportebit. Si totidem curias duo pluresve habebunt, uti supra comprehensum est de is qui suffragiorum numero pares essent, ita de is qui totidem curias habebunt facito, eademque ratione priorem quemque creatum esse renun- tiato.

R. Ne quid fiat, quo minus comitia habeantur.

LVIII. Ne quis intercedito neve quit aliut facito, quo minus in eo municipio h(ac) l(ege) comitia habeantur per- ficiantur. Qui aliter adversus ea fecerit sciens d(olo) m(alo), is in res singulas HS X (milia) municipibus municipii Flavi Malacitani d(are) d(amnas) e(sto), ejjusque pecuniae deque ea pecun(ia) municipi ejjus municipii qui volet, cuique per h(anc) l(egem) licebit, actio petitio persecutio esto.

R. De jure jurando eorum, qui majorem partem numeri curiarum expleverit.

LIX. Qui ea comitia habebit, uti quisque eorum, qui Ilviratum aedilitatem quaesturamve petet, majorem par- tem numeri curiarum expleverit, priusquam eum factum creatumque renuntiet, jusjurandum adigito in contionem palam per Jovem et divom Augustum et divom Claudium et divom Vespasianum Aug(ustum) et divom Titum Aug(ustum) et genium im(peratoris) Caesaris Domitiani Aug(usti) deosque Penates *se quae* ex h(ac) l(ege) facere oportebit facturum, neque adversus h(anc) l(egem) fecisse aut facturum esse scientem d(olo) m(alo).

R. Ut de pecunia communi municipum caveatur ab is, qui *IIviratum quaesturamve* petet.

LX. Qui in eo municipio *IIviratum quaesturamve* petent quique propterea, quod pauciorum nomine quam oportet professio facta esset, nominatim in eam condicionem rediguntur, ut de his quoque suffragium ex *h(ac) l(ege) ferri* oporteat: quisque eorum, quo die comitia habebuntur, ante quam suffragium feratur arbitrato ejus qui ea comitia habebit praedes in commune municipum dato pecuniam communem eorum, quam in honore suo tractaverit, salvam is fore. Si *d(e) e(a) r(e)* is praedibus minus cautum esse videbitur, praedia subsignato arbitrato ejusdem. Isque ab iis praedes praediaque sine *d(olo) m(alo)* accipito, quoad recte cautum sit, uti quod recte factum esse volet. Per quem eorum, de quibus *IIvirorum quaestorumve comitiis* suffragium ferri oportebit, steterit, quo *m(inus)* recte caveatur, ejus qui comitia habebit rationem ne habeto.

R. De patrono cooptando.

LXI. Ne quis patronum publice municipibus municipii Flavi Malacitani cooptato patrociniūve cui deferto, nisi ex majoris partis decurionum decreto, quod decretum factum erit, cum duae partes non minus adfuerint et jurati per tabellam sententiam tulerint. Qui aliter adversus ea patronum publice municipibus municipii Flavi Malacitani cooptaverit patrociniūve cui detulerit, is *HS X (milia) n(ummum)* in publicum municipibus municipii Flavi Malacitani *d(are) d(amnas) e(sto)*; et is, qui adversus *h(anc) l(egem)* patronus cooptatus cuius patrociniū delatum erit, ne magis ob eam rem patronus municipum municipii Flavi Malacitani esto.

R. Ne quis aedificia, quae restitutus non erit, destruat.

LXII. Ne quis in oppido municipii Flavi Malacitani quaeque ei oppido continentia aedificia erunt, aedificium detegito destruito demoliundumve curato, nisi *de* decurio-

num conscriptorumve sententia, cum major pars eorum adfuerit, quod restituendus intra proximum annum non erit. Qui adversus ea fecerit, is quanti e(a) r(es) e(rit), t(antum) p(ecuniam) municipibus municipi Flavi Malacitani d(are) d(amas) e(sto), ejusque pecuniae deque ea pecunia municipi ejus municipii, qui volet cuique per h(anc) l(egem) licebit, actio petitio persecutio esto.

R. De locationibus legibusque locationum proponendis et in tabulas municipi referendis.

LXIII. Qui Ilvir j(ure) d(icundo) p(raeerit), vectigalia ul-
troque tributa, sive quid aliud communi nomine municipum
ejus municipi locari oportebit, locato. Quasque locationes
fecerit quasque leges dixerit, quanti quit locatum sit et *qui*
praedes accepti sint quaeque praedia subdita subsignata
obligatae sint quique praediorum cognitores accepti sint,
in tabulas communes municipum ejus municipi referantur
facito et proposita habeto per omne reliquom tempus ho-
noris sui, ita ut d(e) p(lano) r(ecte) l(egi) p(ossint), quo
loco decuriones conscriptive proponenda esse censuerint.

R. De obligatione praedum praediorum cognitorumque.

LXIV. Quicumque in municipio Flavio Malacitano in
commune municipum ejus municipi praedes facti sunt
erunt, quaeque praedia accepta sunt erunt, quique eorum
praediorum cognitores facti sunt erunt: ii omnes et quae
cujusque eorum tum *fuert* erunt, cum praees cognitorve
factus est erit, quaeque postea esse, cum ii obligati esse
coeperunt coeperint, *ii omnes* qui eorum soluti liberatique
non sunt non erunt aut non sine d(olo) m(alo) sunt erunt,
eaeque omnia, quae eorum soluta liberataque non sunt non
erunt aut non sine d(olo) m(alo) sunt erunt, in commune
municipum ejus municipii item obligati obligataque sunt,
uti ii *eave* p(opulo) R(omano) obligati obligatae essent,
si apud eos, qui Romae aerario praeesent, ii praedes iique
cognitores facti eaque praedia subdita subsignata obliga-
tae essent. Eosque praedes eaque praedia eosque cogni-

tores, si quit eorum, in quae cognitores facti erunt, ita non erit, qui quaeve soluti liberati soluta liberataque non sunt non erunt aut non sine d(olo) m(alo) sunt erunt, Hviris, qui ibi j(ure) d(icundo) praerunt, ambobus alterive eorum ex decurionum conscriptorumque decreto, quod decretum cum eorum partes tertiae non minus quam duae adessent factum erit, vendere legemque his vendundis dicere jus potestasque esto; dum eam legem is rebus vendundis dicant, quam legem eos, qui Romae aerario praerunt, e lege praediatoria praedibus praedisque vendundis dicere oporteret, aut, si lege praediatoria emptorem non inveniet, quam legem in vacuum vendendis dicere oporteret; et dum ita legem dicant, uti pecunia in fore ¹ municipi Flavi Malacitani referatur luatur solvatur. Quaeque lex ita dicta erit, justa rataque esto.

R. Ut jus dicatur e lege dicta praedibus et praedis vendundis.

LXV. Quos praedes quaeque praedia quosque cognitores Hvirii municipii Flavi Malacitani h(ac) l(ege) vendiderint, de iis quicumque j(ure) d(icundo) p(raerit), ad quem de ea re in jus aditum erit, ita jus dicito judicaciaque dato, ut ei, qui eos praedes cognitores ea praedia mercati erunt, praedes socii heredesquo eorum iique, ad quos ea res pertinebit, de is rebus agere easque res petere persequi recte possit.

R. De multa, quae dicta erit.

LXVI. Multas in eo municipio ab Hviris praefectove dictas, item ab aedilibus quas aediles dixisse se aput Hviros ambo alterve ex is professi erunt, Hvir, qui j(ure) d(icundo) p(raerit), in tabulas communes municipum ejjus

¹ O bronze: «pecuniam in fore». Mommsen: «pecunia inde redacta in commune». Bruns: «pecunia in publicum municipum». Laboulaye-Giraud: «pecuniam in foro».

municipi referri iubeto. Si cui ea multa dicta erit aut nomine ejus alius postulabit, ut de ea ad decuriones conscriptosve referatur, de ea decurionum conscriptorumve iudicium esto. Quaeque multae non erunt iniustae a decurionibus conscriptisve iudicatae, eas multas Ilviri in publicum municipum ejus municipii redigunto.

R. De pecunia communi municipum deque rationibus eorumdem..

LXVII. Ad quem pecunia communis municipum ejus municipi pervenerit, heresve ejus isve ad quem ea res pertinebit, in diebus XXX proximis, quibus ea pecunia ad eum pervenerit, in publicum municipum ejus municipi eam referto. Quique rationes communes negotiumve quod commune municipum ejus municipi gesserit tractaverit, is heresve ejus isve ad quem ea res pertinebit in diebus XXX proximis, quibus ea negotia easve rationes gerere tractare desierit quibusque decuriones conscriptique habebuntur, rationes edito redditoque decurionibus conscriptisve cuive de his accipiendis cognoscendis ex decreto decurionum conscriptorumve, quod decretum factum erit cum eorum partes non minus quam duae tertiae adessent, negotium datum erit. Per quem steterit, q(uo) m(inus) ita pecunia redigeretur referretur quove minus ita rationes redderentur, is, per quem steterit q(uo) m(inus) rationes redderentur quove minus pecunia redigeretur referretur, heresque ejus isque ad quem ea res qua de agitur pertinebit, q(uantum) e(a) r(es) erit, tantum et alterum tantum municipibus ejus municipi d(are) d(amnas) e(sto), ejusque pecuniae deque ea pecunia municipum municipii Flavi Malacitani, qui volet cuique per h(anc) l(egem) licebit, actio petitio persecutio esto.

R. De constituendis patronis causae, cum rationes reddentur.

LXVIII. Cum ita rationes reddentur, Ilvir, qui decuriones conscriptosve habebit, ad decuriones conscriptosve

referto, quos placeat publicam causam agere, iique decuriones conscriptive per tabellam jurati d(e) e(a) r(e) decernunto, tum cum eorum partes non minus quam duae tertiae aderunt, ita ut tres quos plurimi per tabellam legerint, causam publicam agant, iique qui ita lecti erunt tempus a decurionibus conscriptisve, quo causam cognoscant actionemque suam ordinent, postulanto, eoque tempore quod is datum erit transacto eam causam uti quod recte factum esse volet agunto.

R. De iudicio pecuniae communis.

LXIX. Quod m(unicipum) m(unicipii) Flavi Malacitani nomine petetur ab eo, qui ejus municipii *municeps* incolave erit, quodve cum eo agetur quod pluris HS cō sit neque tanti sit, ut *de ea re proconsulem jus dicere judiciale dare ex hac lege oporteat: de ea re Ilvir praefectusve, qui jure dicundo praeerit ejus municipii, ad quem de ea re in jus aditum erit, jus dicitur judiciale dato...*

IV

Lex metalli Vipascensis

(Sec. II)

Táboa de bronze descoberta em 1876, próximo de Aljustrel, e contendo o estatuto do território mineiro de Vipasca.

Cfr. GIRARD, *Textes cit.*, pagg. 119-123.

Centesimae argentariae stipulationis. Conductor earum *venditionum quae per*¹ *auctio* | nem intra fines metalli Vipascensis fient, exceptis iis, quas proc(urator) metallorum *jussu in(peratoris) faciet, centesimam a vendito* | re acci-

¹ Bruns, Rostowsew: *per.*; Hübner, Dessau, Riccobono: *ob.*

pito. Conductor ex pretio puteorum, quos proc(urator) metallorum vendet, *centesimam ab emptore accipito*¹. | Si instituta auctione universaliter omnia addicta fuerint, nihilo minus venditor *centesimam conductori socio acto* || rive ejus praestare debeto. Conductor socio actorive ejus, si volet stipulari a *venditore, is promittito*. Conductor | socius actorive ejus *ejus* quoque summae, quae excepta in auctione erit, centesimam exigit. *Qui res sub praecone* | habuerit, si eas non addixerit et intra dies decem, quam sub praecone fuerint, de *condicione vendiderit, nihilo minus con* | ductori socio actorive ejus centesimam d(are) d(ebeto). Quod ex hoc capite legis *conductor socio actorive ejus debetur*, | nisi in triduo proximo quam debere coeptum erit, datum solutum satisve factum erit, *duplum d(are) d(ebeto)*. ||

Scripturae praeconii. Qui praeconium conduxerit, praeconem intra fines praebeto. *Pro mercede ab eo qui venditionem* | X L² minoremve fecerit, centesimas duas, ab eo qui majorem X C fecerit, centesimam exigit. *Qui mancipia sub praecone venum* | dederit, si quinque minoremve numerum vendiderit, capitularium in singula capita X... , *si majorem numerum vendi* | derit, in singula capita X III conductori socio actorive ejus dare debeto. Si quas *res procurator metallorum nomine* fisci ven | det locabitve, iis rebus conductor socius actorive ejus praeconem praestare debeto. *Qui inventarium* cujusque rei vendun || dae nomine proposuerit, conductori socio actorive eius X I d(are) d(ebeto). Puteorum, quos proc(urator) metallorum vendiderit, em | ptor centesimam d(ato) d(ebeto). Quod si in triduo non dederit, duplum d(are) d(ebeto). Conductor socio actorive ejus pignus capere liceto. | Qui mulos mulas asinos asinas caballos equas sub praecone vendiderit in k(a) pita) sing(ula) X III d(are) d(ebeto). Qui mancipia aliamve quam *rem sub* | praeconem subjacerit et intra dies XXX de condicione vendiderit, conductori socio actorive ejus *idem d(are) d(ebeto)*. |

¹ Bruus, Rostowsew; Riccobono: *centesimam ne exigit*.

² Em outro logur o texto emprega: C.

Balinei fruendi. Conductor balinei sociusve ejus omnia sua impensa balineum, *quod ita conductum habebit* in || pr(idie) k(alendas) Jul(ias) primas omnibus diebus calfacere et praestare debeto a prima luce in horam septimam diei *mulieribus* et ab hora octava | in horam secundam noctis viris arbitrato proc(uratoris) qui metallis praeerit. Aquam in *alveum usque ad summam ranam hypo* | caustis et in labrum tam mulieribus quam viris profluentem recte praestare debeto. Conductor a viris sing(ulis) | aeris semisses et a mulieribus singulis aeris asses exigito. Excipiuntur liberti et servi *Caes. qui proc(uratori)* in officiis erunt vel | commoda percipient, item inpuberes et milites. Conductor socius actorve ejus *instrumentum balinei et ea omnia quae* || ei adsignata erunt integra conductione peracta reddere debeto nisi si qua vetustate *corrupta erunt*. Aena quibus | utetur lavare tergere unguereque adipe e recenti tricentima quaque die recte debeto. *Si qua necessaria refectio impedit* | rit¹, quo minus lavare recte possit, ejus temporis pro rata pensionem conductor reputare debeto. *Praeter* haec et siquid | aliud ejusdem balinei exercendi causa fecerit reputare nihil debebit. Conductor *vendere ligna* nisi ex recisamini | bus ramorum quae ostili² idonea non erunt ne liceto. Si adversus hoc quid fecerit, in *singulas venditiones HS centenos n(ummos) fisco d(are) d(ebeto)*. || Si id balineum recte praebitum non erit, tum proc(urator) metallorum multam conductori quotiens recte praebitum non erit usque | ad HS CC dicere liceto. Lignum conductor repositum omni tempore habeto, *quod diebus... satis sit*. |

Sutrini. Qui calciamentorum quid loramentorumve, quae sutores tractare solent, *fecerit clavomve caliga* | rem fixerit venditaveritve sive quid aliud, quod sutores vendere debent, vendidisse *intra fines convictus erit, is* | conductori socio actorive ejus duplum d(are) d(ebeto). Conductor *clavom ex lege ferrariarum vendito*. *Conductor socio* || actorive ejus pignus capere liceto. Reficere calciamenta nulli

¹ Flach, Bruns; Mommsen: *Si non per conductorem factum erit; Hirschfeld apud Dessau: Si vis major damnumve fatale impeditur.*

² Isto é, «ustuli», segundo Buecheler seguido por Riccobono.

licebit nisi cum *sua dominive quis curaverit refecerit* | ve. Conductor omne genus calciamentorum praestare debeto: ni ita fecerit, *unicuique ubi volet emendi jus* | esto.

Tonstrini. Conductor frui debeto ita, ne alius in *vico metalli Vipascensis inve* | territoris ejus tonstrinum quaestus causa faciat. Qui ita tonstrinum fecerit, in *singulos ferramentorum usus X . . .* | conductori socio actorive ejus d(are) d(ebet) et ea ferramenta commissa conductori sunt. *Excipiuntur servi* qui || dominos aut conservos suos curaverint. Circitoribus, quos conductor *non miserit, tendendi jus ne esto*. Con | ductori socio actorive ejus pignoris captio esto. Qui pignus capientem prohibuerit, in *singulas prohibitiones X V d(are)* | debeto. Conductor unum pluresve artifices idoneos in portionem recipito. |

Tabernarum fulloniarum. Vestimenta rudia vel recnata nemine *mercede polire nisi cui conductor so* | eius actorive ejus locaverit permiseritve liceto. Qui convictus fuerit adversus ea quid *fecisse, in singulas lacinias* || X III conductori socio actorive ejus d(are) d(ebet). Pignus conductori socio actorive *ejus capere liceto*. |

Scripturae scauriorum et testariorum. Qui in finibus *metalli Vipascensis . . . scauri* | as sargentarias aerarias pulveremve ex scaureis rutraminave ad mesuram pondusve *purgare tundere urere* ¹ expedi | re frangere cernere lavare volet quive lapicaedinis opus quoquo modo *faciendum suscipiet, quos ad id faciendum* | servos mercenariosque mittent, in triduo proximo profiteantur et solvant X . . . *conductor quoque mense* || intra pr(idie) k(alendas) quaesque: ni ita fecerint, duplum d(are) d(ebent). Qui ex alis locis ubertumbis *aeris argentine rutramina* in | fines metallorum inferet, in p(ondo) C X I conductori socio actorive ejus d(are) d(ebet). *Quod ex hoc capite legis conduc* | tori socio actorive ejus debebitur neque ea die, qua die deberi coeptum erit, *solutum satisve factum erit, d(uplum) d(are) d(ebet)*. | Conductor socio actorive ejus pignus capere liceto et quod ejus scauriae pu *rgatum tunsum ustum ex*

¹ Plinio: Quod effossum est, tunditur lavatur, uritur molitur.

peditum frac | tum cretum lavatumque erit quive lapides lausiae expeditae in lapicaedinis erunt, commissa ei sunt, nisi quid || quid debitum erit conductori socio actorive ejus solutum erit; excipiuntur servi et liberti | flatorum argentariorum aerarorium qui flaturis dominorum patronorumque operam dant. |

Ludi magistri. Ludi magistros a proc(uratore) metallorum immunes esse placet. |

Usurpationes puteorum sive pittaciarium. Qui intra fines metalli Vipascensis puteum locum | que putei juris retinendi causa usurpabit occupabitve e lege metallis dicta, biduo proximo quod usurpaverit occupa || verit apud conductorem socium actoremve huiusce vectigalis profiteatur... |

V

Decreto do pretor da Espanha Ulterior
L. Aemilius Paulus

(365 U. C.)

Inscrição gravada em uma placa de bronze encontrada em 1866, próximo de Cádiz.

Cfr. GIRARD, *Textes cit.*, pag. 172.

L. Aimilius L. f. inpeirator decrevit utei qui Hastensium servei in turri Lascutana habitarent leiberei essent; agrum oppidumqu(e) quod ea tempestate posedissent item possidere habereque jousit, dum populus senatusque Romanus vellet. Act(um) in castreis a. d. XII k. Febr.

VI

Epistula de Vespasiano aos Saborenses

(78)


Lâmina de bronze descoberta em Espanha no século XVI e hoje perdida.


Cfr. GIRARD, *Textes cit.*, pagg. 190-191.

Imp. Caes. Vespasianus Aug. pontifex maximus, tribuniciae potestatis VIII, imp. XIIII, consul VII, p(ater) p(atriciae), salutem dicit IIII viris et decurionibus Saborensium.

Cum multis difficultatibus infirmitatem vestram premi indicetis, permitto vobis oppidum sub nomine meo, ut voltis, in planum extruere. Vectigalia, quae ab divo Aug. accepisse dicitis, custodio; si qua nova adjudicare voltis, de his proco(n)s(ulem) adire debebitis; ego enim nullo respondente constituere nil possum. Decretum vestrum accepi VIII. ka. August.; legatos dimisi IIII. ka. easdem. Valete.

Iviri C. Cornelius Severus et M. Septimius Severus publica pecunia in aere inciderunt.





PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

K Coleccao de textos de direito
peninsular
C6913
v.1

UTL AT DOWNSVIEW



D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 09 06 20 06 001 8